



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 15. Nuptialia pacta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.  
A.C. 1491.

tis devicti in Galliarum Regis sententiam propenderent, tandem & ipsa cunctis hisce rationibus expugnata, Carolo VIII. nubere decrevit.

§. XV.

*Nuptialia pacta.*

Demum post longam hujus Provinciæ Ordinum deliberationem ultro citroque habitam, nuptiarum pacta die sexta Decembris (\*) in castro de Langellis in Turonia conficiebantur, quæ nisi prius rata fuissent habita, nunquam Britones has nuptias contrahi permisissent; hinc reipsa octo saltem, ni fallimur, diebus antequam connubium celebraretur, erecti sunt nuptiales articuli, quorum præcipui erant. I. Si Anna Britannæ Ducissa ante Regem decederet absque liberis, Britannia nihilominus in potestate Regis permaneret, tanquam pars regno dotali jure unita. II. Si vero Rex prior moreretur itidem absque liberis, Annæ

*Com. tom. 5. edit. 1723. p. 454. & 463.*

omne jus in Britannæ Ducatum salvum reliqueretur, ea tamen lege, ut ipsa non posset alteri nubere, quam futuro regni Successori, aut Hæredi proximo,

(\*) P. Daniel assignat decimam tertiam. Mezerajus vero decimam sextam Decembris diem.



si Successor Rex jam tori consortem ha-beret. III. Quavis Ducissa ex suo con-nubio prolem susciperet, nihilominus to-to vitæ tempore libere Ducatu frueretur, ad beneficia nominaret, eorumque colla-tiones expediret, addito tamen ipsius Re-gis nomine.

Sæcul. XV.  
A.C. 1491.

§. XVI.

*Connubium Galliarum Regis cum  
Britanniæ Ducissa.*

Rex ante omnia, ut conscientia tutus *Comm. l. 7. c. 3.* esset, Romæ a summo Pontifice li-teras impetravit, quibus duplici dispen-sationis beneficio Regis connubium cum Margarita Austiraca, illud vero Romano-rum Regis cum Britanniæ Ducissa nul-lum fuit declaratum. Postea cuncti ju-ribus, quæ sibi in Ducatum competere contendebant, in Franciæ favorem cede-re jubebantur: hos inter præcipui erant Arausionensis Princeps, necnon Joannes Filius Albreti, atque Vice-Comes de Rohan. Ex istis prior erat filius Catha-rinæ Drocensis, quæ Francisci I. Bri-tanniæ Ducis soror extitit; illorum alter vero Catharinam de Vuxo Navarræ Re-ginam conjugem habebat: Ultimus de-nique connubio junctus erat Filiae secun-do genitæ Francisci I. Ducis. Hi om-nes juris sui cessionem idoneis instrum.  
*Hist. Eccles. Tom. XXX. G g tis*